

24

Non enim licebat alii cibum prius quam cursu centu*ro* fogginta statia con-  
fecisset, capere: quo exercitio omnes viri euaserant & robusto corpore, & ani-  
mo præstantes. Primum Sesostris in Arabiam, cum eorum qui simul nutriti  
erant exercitu a patre missus, assuetusque uenatu*s*, ac cibi potusque abstinentia,  
omnem eam gentem subegit, liberam antea, & seruitio insuetam. Deinde in  
Libyam profectus, maiorem eius partem in ditionem adhuc adolescentior re-  
degit. Defunctio patri cum in regno successisset, rebus a gestis elatus, adiecit  
animu*m* ad imperiu*m* orbis. Dicunt quidam, a filia illum Athyrta ad monarchia  
hortatum, eamque ingenio ac prudentia præstantem docuisse patrem facillime  
ex eo exercitu imperare omnibus posse. Alij eam seru*t* diuinationis perita, fu-  
tura tum coelestibus signis, tum sacrificijs nouisse. Afferunt & plures, patri  
post natum Sesostrum in somnis Vulcanum prædictissime, infantem genitum to-  
ti orbi imperaturum; eamque fuisse causam cur filium cum coœvis, ut diximus,  
pueris instituerit, assuefeceritque regiae eruditio*n*, quo dignior esset qui impe-  
riо potiretur. Sed iam vir factus cum Dei prædictionem nosset, magno ani-  
mo parauit exercitum. Verum in primis, quo facilius optata perficeret, sibi  
omnium Aegyptiorum benevolentiam conciliavit: ut & milites pro ducibus  
suis ad oppetendam mortem promptiores redderet, & qui in patria reliqui es-  
sent nouis rebus abstinerent. Omnes uero beneficijs affecit. Hos donauit pe-  
cunijs, alios agris, nonnullos remissiones poenarum, singulos oratione & humanitate  
deuinxit. Omnes qui in regē deliquerant, dimisit impunitos. Ob as alienum  
uincios (magna haec multitudo erat) soluit. Aegyptum omnem in sex et  
triginta regiones (quas leges dicunt) diuidens, cuilibet prætorem, qui & tri-  
buta regia exigeret, & pro regionis varietate commodoque omnia exquireret,  
præfecit. Ex robusto milite exercitum elegit, quo animi consilia perficeret.  
Fuere pedestres copiae milia hominum sexcenta, equitum milia quatuor & vi-  
ginti. Currus bello apti octo milia & viginti. Deinde uarios duces ex iis qui  
una secum nutriti erant, exercitui præposuit, viros exercitatos bello, & a pue-  
ris uirtuti deditos. Hi erant numero amplius mille septingenti, fraterna om-  
nes mutuaque erga regem benevolentia. Quibus distribuit agros fertiles, ut re-  
bus necessarijs tuli*t*, nullaque ducti in opia, liberius militia uacarent. Præpa-  
ratiss ad bellum rebus, primum Aethiopes qui ad meridiem spectant aggredie-  
s, viros acie tributis pendere cōpulit, hebenum, aurum, & elephantorum den-  
tes. Deinde ad mare rubrum clasie quadrincentarum nauium missa, primum om-  
niū longis nauibus usus, & insulas omnes eius ora sibi subdidit, & partes ma-  
ritimas usque ad Indos subiecit. Asiam quoque omnē pedestri exercitu deuicit. Ne-  
que solū prouincias expugnauit ab Alexandro postmodū subactas, sed & gen-  
tes quasdam, ad quas nunquam Alexander accessit. Nam & Gangem transiit, &  
uniuersam Medianam usque ad mare Oceanum peragravit. Scytharum quoque gētem  
ad Tanaim usque fluuiū, qui Europā ab Asia diuidit, pertransiit. Ibi multis Ae-  
gyptijs iuxta Mæotim paludem relictis, Colchorum genti originem præbuit.  
Hanc nationem ab Aegyptijs manasse, arguento esse dicūt, quod apud eos  
pueri Aegyptiorum ritu circumcidantur, priscum morem, quem & Iudei se-  
quuntur, colonia seruante. Asiam quoque reliquam sibi parere coegit. Cycla-  
das insulas maiori ex parte potitus est. Transcendens in Europam, omnemque  
Thraciam pertransiens, periculum exercitus subi*s*, tum propter inopiam fru-  
gium, tum locorum alperitate. Finem expeditionis in Thracia statuēs, multis  
in locis a se deuictis columnas erexit, in quibus Aegyptijs, quas sacras dicunt,  
literis scriptū extat: HANC PROVINCIAM ARMIS SVBEGIT REX RE-  
GVM PRINCIPANTIVM SESOSTRIS. Columnā insuper statuit, in bellico-  
sis quidem a se superatis gentibus, hominis pudēda; in iis uero quae essent im-  
bellies ac timidæ, multe bria habentem sculpta; a potiori hominis parte gentes  
ab se deuictas ostendens. In locis quibusdam statuam suam lapideam ea qua-  
tunc